

AD LVDVICVM XIII. GALLIARVM ET NAVARRAE REGEM CHRISTIANISSIMVM,

ANDRAE MESTRALI, IURISCONSULTI, AVENIONENSIS.

ΔΙΑΥΛΟΙ ΜΕΤΡΙΚΟΙ.

VERBA summi Regis Christi, dantis Apostolo clauum orbis terrarum, & clauis regni cœlorum, retrogradis versibus inclusa, & incisa in ære debito æternitati, multis nominibus, tuæ, Rex Christianissime, Maiestati do, dicóque. Tu enim, Rex sacratissime, Diui Ludouici æterna soboles, Ecclesiæ fili natu maior, sanctissima eiusdem principatus & potestatis iura, piæ recordationis materno generi, Leoni X. Clementi VII. Leoni XI. Pontificibus Maximis, per manus à Maioribus tradita gloriaris in terris: immortalis memoriæ Henricus Magnus pater, Europæ pacem, paci artes, artibus pietatem à se restitutas gloriatur in cœlis: & diuinissima nuptialis Galliæ Hispaniæque coniunctio, tuo & leuiri eiusdemque sororij augustissimis imperiis, orbis vniuersi terminos gloriámque pollicetur.

DIALOGVS, PETRVS, CHRISTVS.

P. Sacra refer, si vis; sanas, si vis, refer arcas;
Edi fac imâ, summus, amica fide;
Artem animas merito moti; rem, femina, metra
Muni; Seruator, ecce, rotâ vre sinum.
C. Arui amissi, tuto do tutissima iura;
Solem, aures animo, nomina serua, melos.
Ecce rotas: suberis tot si rebus, Sator ecce
Robur ero, tuis non sit vt ore rubor.
Salua tene: multis sedes sit lumen, et aulas
Seda, nemo te terret, et omen ades.
Sarta feret mutilos, robor solitum, teres atras
Ara tibi, si res non seris, ibit; ara.
Marte palâm seuo moto, moueas mala; petram
Te, vomer subitis non sitibus remouet.
P. Sacra finis satibus, messem, subitas finis arcas,
Mutas è Roma, summus, amore satum.
Aurâ muti rem sano donas, meritum, arua;
O res! è Roma robor amore sero.
C. Magni fac olim luci culmi loca fingam:
Ores: i: Româ succus amoris ero.
Terrebo Nemesis sedes: si semen oberret
Alâ, Marte teres; non fere tetra mala.
Saluabo siluas et te, Saülis ob aulas,
Vnâ, Menti, si reberis, itne? manu.
Terra nec ipsa sui, temet, ius aspice narret;
Ira, manu tuis, non sit vt vna mari.

REGI.

Ire diu artem, et certè et rectè metra videri,
Si virtutis, (Atlas) sua laus (salta) sit viriuis.

HENRICI MAGNI, TVMVLVS.

Arca, serenum me gere Regem, munere sacra,
Solem, aulas, animos, omina salua, melos.
Tangere Regem, vngi dixi: dignum egere, regnat:
È vi natum anima lamina muta nime.
Summus et armati vixi vitam rate, summus
Muro; fer cani robor in acre forum.

REGI.

Ara alitur IESV, re verus ei rutila ara,
I, res eludes Sinonis, sedule, seri.
Sara dat Adonai lilia nodat ad aras;
Atlas elati sub inanibus Itale, salta.
Si sum animi lati, da, dita limina Musis.
Magna teram Musâ rarâ, rasum mare tangam.

REGINÆ MATRI.

Si, bona, lucas; edunt nudè secula nobis
Esseda: si pura det te Dea rupis adesse;
Sanè res atras, maris iram, sarta, serenas.
Salua, vnis arcas, metra, Martem, sacra, sinu aulas;
Ire rem, amica fides Sedi, fac imâ mereri.
MAGNI par edi si VIVI sidera, pingam.

SERENISSIMÆ DOMINÆ

D. CATHARINÆ HENRICETÆ A IOYEUSA, GVISIÆ DVCI.

I, gere re fortem; refer metro ferè, Regi,
Solem angi; dare, si vis, Era digna, melos.
Arrâ na dare versus, reuera Dea, narra;
Aut auide, Regi, vi gere diua tuâ.
Magna tibi, si ludo modò, modulis ibi tangam:
Vni sanè res, oro, serena, sinu.
Magna paro filo solo: Soli fora pangam;
Si me tam latè referret alma Themis.

Η ΤΩΝ ΔΙΑΥΛΩΝ ΜΕΤΡΙΚΩΝ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ.

PETRVS. Christe Seruator, doce me, obsecro, res sacras; refera mihi, si lubet, Ecclesiæ sana mysteria; fac, vt humili fide instillentur animis hominum, quæ conducant ad salutem; mea studia anima; factis, dictis, scriptis meis adspira; ignea amoris tui rota meum pectus inflamma. **CHRISTVS.** Arui, quod perierat, tutissima iura, tibi, Petre, successori meo trado; Soli lucem, auribus fidelium auditum, seruis meis vitam, orationibus tuis ardorem inspiro. Vniuersum orbem terrarum tuæ potestati subiicio: quod onus si quando graue erit, tibi tuisque tutum auxilium in me paratum spera. Serua, quæ tibi do, sarta testâque: doctrina & exemplo mundum illustra, seda aulas Principum, nemo te terret, nuncius esto boni ominis. Confita palmis Martyrum ara florebit, & tecum stabit incorrupta, quia non feres atra dogmata; rectè ara. Seuo Marte palâm fugato, mala omnia terris amoue; te petram Ecclesiæ, acceptis sedibus, nulla vis potest dimouere. **PETRVS.** Christe potens, tu mihi res sacras, messem animarum, & accepta mysteria curanda relinquis, me ex amore in Romuli locum sufficis, oris tui flatu obmutescens Satanæ regna, vim meriti tui, gregem & arua seruo concedis; ô rem admirabilem! ex amore, summe Deus, tuæ potentia femina, Româ mox in vniuersam terram sparsum eo. **CHRISTVS.** Fac, Petre, vt magni olim culmi mundi loca fulgeant luce fidei: ora: i: ab vrbe Roma succus amoris mei, & fluenta gratiarum in omnes terræ fines deriuabuntur. Terrebo sedes iniquæ Nemesis, dum tu semen eius latius diffusum vi conteres, & radices scelerum euelles. Saüllem aulicisque infideles insultantes, te sospite Ecclesiæ & integris ouibus tuis, manu perditum ibo, quia sperabis ope mea te seruatum iri. Aspice, vt terra non amplius suum, sed te tuumque ius narret; vtque mare non sit iratum appellentibus ad nauem tuam.

REGI. his τῶν διαύλων μέτρων si quid inesse videtur industria, (Galliarum Atlas, exulta) Christo & D. Petro sit laus.

TVMVLVS. Arca sacra mei munere, Clementissimum Regem, Solem mundi, aulas Iustitiæ, animos Francorum, omina salutis, oracula pacis cape. Apud mortales, dixi **REGEM VNGI A DEO**, dixi **REGEM TANGERE CVRANTE DEO**: dum apud immortales dego, dignum vtroque Regem effer, vitippe me dignus regnat: ex me natum anima, lamina, candore tuo; & ad mea virtutis vestigia consecranda adhortare. Belli pacisque artibus clarus, mari terraque formidabilis vitam vixi; imple modò fora omnia, decori canitie Regis æterno nomine gloriâque.

REGI. Tutissimum Francorum asyllum Regina Mater, nihil aliud sperat spiratve, quàm **VERVM IESVM**, ad cuius aram assiduas ex intimo pectore totius regni causa preces fundit; i nunc, sedule Rex, in hoc signo vinces & omnes Sinonum dolos longè antè præuidebis. Sacra Sara Regina Mater, diuino munere concessa Galliæ lilia, ad geminas æternalium Hymenæorum aras, Catholicis Hispaniæ Regibus dat nodat; exulta, late sanguine Diuim Italiæ Atlas labantis terræ: & meis, si quid mereor, Musis faue. Rara Musa regio fauore fulta, magna teram, eademque duce maria omnia transfretabo.

REGINÆ. Dum tu, Reginarum optima maxima, radiis augustissimæ Maiestatis Galliarum orbem illustras, omni nube nudata secula Solis aureo curru voluntur: dum **DEIPARAE VIRGINIS** concessu eidem orbi præsides, res caligine obductæ, tempestatè que vultu serenantur. Tuo, sacratissima Regina, sacra mysteria, sacrum Martem, sacra Iustitiæ puluinaria, & Vatum sacra carmina sinu complecteris; meis, amicissima fidissimaque Sanctæ Sedi, ne defice rebus, fac eas infima quæque mereri. Si par ostendi posteris sidera, quæ Galliæ cœlo **MAGNVS IMMORTALIS** infixit, Vrania regia gratia fultæ, radio designabo.

GVISIÆ DVCI. In Regiam, si lubet, Hera dignissima, pedem infer; nullo perituram æuo tabulam manu gere: Regi refer, hoc ferè metro Solem Iustitiæ Christum angi curâ nostri, diuinòque ore melos fundere. Hac artha fidei narra, re vera Dea, me certè Regi versus dare; aut hæc, quæ diua sunt tuâ vi, Regis gratia lubens amplexare. Si faciendam modò testudinem attrectaro facer Apollo modulabor mira tui sanguinis Heroum Heroidumque trophæa. Ergo meos hosce numeros sereno sinu, Dux serenissima, quaeso, foue; dum alia tuæ consecranda Celsitudini, liberiori filo texto, Sole iura illustratus, si me tam altè alma Themis extulerit.